

inimicam, sed semper amicam. Vides perpetuam inter Deum, & Deiparam amicitiam?

Deipara Dei amica per antonomasiam omnium temporum. Prov. 17. 17.

S. Hieron.

798 Adde, hanc archissimam fuisse, ut per antonomasiam dicatur amica mea, nimirum strictissimo amoris vinculo Deo perpetuo conjunctissima. Salomon quidem Proverb. 17. 17. de amicitia sic censet: Omni tempore diligit qui amicus est. Quasi aliquid si excipiat tempus, amicus non sit. Inde Sanctus Hieronymus extremam Epist. ad Rufinum ita claudit: Amicitia, que desinere potest, vera nunquam fuit. Imò & integer Juris Pontificii Canon his omnino verbis totus absolvitur: Charitas, que deseri potest, nunquam fuit vera: de Poenitentia D. 2. quæ sumpta videtur ex Sancto Augustino lib. de salutaribus Documentis, ubi eadem habet, quæ placuere quoque V. Bedæ in Collectaneis, & alteri Augustino in lib. de Amicitia cap. 2. Porro cum ex vera Theologia sciamus, quantumvis minimam charitatem quantumcumque tempore in homine existentem, veram esse Dei amicitiam, ut docet Tridentinum Sess. 6. cap. 7. oportet prædictum Pontificium Canonem, Sanctorumque Patrum Sententiam, qua negant, charitatem & amicitiam, quæ desinere potuit, veram fuisse, de perfectissima quadam Dei amicitia intelligere, quæ & archissima, & perpetua sit, ac proinde per antonomasiam amicitia dicatur, firmissima, constantissima, & quæ nunquam injuriâ læsa, nunquam sit peccato violata. Itaque excellentissimum hunc amicitia gradum ex perpetuitate illa metuntur hi Patres, quæ totum illud tempus complectitur, quod amicitia jure ac debito teneatur. Cum igitur B. Virgo per antonomasiam amica mea dicatur à Deo, ejus quidem amicitia ad perpetuitatem exigitur, ejusmodi esse significatur, ut nullo unquam tempore, quo amica esse debuisset, amicitia defuit, nullo unquam vitæ momento divinam amicitiam vel actuali, vel originali peccati injuria amicum offenderet.

116 Accurrite expenditur vox, macula.

2. Reg. 14. vers. 25.

799 Et macula non est in te. Pro macula Hebraicè est Mum, vel mom; Græcè μωμος, momus ab Hebraicò deductum nomen, si quid valet similitudo, & ejusdem significationis ratio ad linguarum cognationem arguendam. Utroque hoc nomine tum corporis labe, tum animi quævis culpa significatur. Corporis quidem 2. Reg. 14. 25. Porro sicut Absalon, vir non erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis; à vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula, Hebraicè mom, Græcè momus. Quasi dicat: Et erat Absalonis absolutissima totius corporis forma, ut vel oculatissimus momus ne levissimam quidem labem in eo deprehenderet, quam jure posset notare. Omitto pleraque exempla, in quibus utrumque Hebraicum, & Græcum nomen licet observare. Levit. 21. 17. Sacerdotis Dei physionomia sine macula, Hebraicè mom, Græcè momo, describitur. Et c. 22. 20. vitulina integra, perfecta, sine macula, sine momo esse præcipitur. Item animi quæcumque labe eisdem nominibus haud raro exprimitur. Deut. 32. 5. Peccaverunt, & non filii ejus in sordibus. Pro peccati sordibus est Hebraicè mom, Græcè mometa. Ecclesiastici II. V. 33. In electis imponet maculam, Græcè momum. Item vers. 35. & cap. 47. 22. & sæpe aliàs. Unum adjicio Paulum ad Hebræos 9. 14. ubi ut Christum omnium peccatorum ex-

Levit. 21. 17.

Deut. 32. 5.

Eccles. 11. vers. 14.

Hebræ. 9. vers. 14.

pertem dicat, semetipsum, inquit, obolit immaculatum Deo. Syriacè, dela muma, id est, sine macula, Græcè ἀμωμος, sine momo. Igitur tum corpore, tum animo tota pulchra, totius labis expers describitur Spona hoc Versu, quem his Jambicis reddit Genebrardus: O sponsa vitæ charior, Et tota formosissima, Et labis omnis expers.

777 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 999 1000

Euthymius in Psal. 118. Beati immaculati, ait Græcam dictionem ἀμωμος, non tam immaculatum quam irreprehensibilem significare. S. Ambros. lib. de Virginitate legit: Tota es formosa proxima mea, & reprehensio non est in te. Et lib. de initiandis cap. 7.

800 Ex hac utriusque tam Hebraicæ, quam Græcæ vocis observatione, Salomonici hemistichii sensum venamur. Et macula non est in te, mom, momus non est in te. Tam immunem illam fatetur ab omni proflus tam corporis, quam animi labe, ut ne oculatissimus, ne criminossimus quidem momus minimam labem in Deiparæ vel corpore, vel animo criminari queat. De corporis Virginei forma, nemo ambigit, itaque probatione superfedemus, atque illud solum observamus, ex singulari hic Virginitatis pulchritudine, ejus immunitatem ab originali vitio rectè comprobari. Dubitatur tamen de immunitate ab omni momi maledicentiâ, quasi divino Sponso major fuerit corporeæ, quam spiritalis formæ cura. Sed bene habet quod gravissimus Patrum tam Latinorum, quam Græcorum uterque chorus, à Jacobo Apostolo doctissimo Methodio usque ad Idiotam, & sequaces, pietate omnes, & sapientiâ nobilissimi, Deiparam amomon, hyperamomon, panamomon, hoc est, semper, & ubique & omnino, à momo, à culpa, à reprehensione exemptam, liberam, & immunem contestantur. Accipe illorum testimonia non vulgari studio quæsitâ, & examinata.

801 S. Methodius Episc. & Martyr in Hom. de Præsent. Domini in Templo; Accipiens, inquit, ex puro immaculatoque illo Altari suo carbunculum vivificum, carne indutum, sanctarum suarum manuum complexu, tanquam forcipe, Justo illi porrexit. B. Virginitatem puram & immaculatam vocat. In Græco exemplari, quod Plantinus edidit, pro immaculato παναμωμος, id est, semper, & penitus sine momo, sine reprehensione, & sine peccato. Etenim vox composita à παν quod est penitus, & perpetuo; & momos, id est, absque momo, absque peccato. S. Joannes Damasc. pressius etiam ipsam Deiparæ Conceptionem adspiciens, in Orat. de ejusdem Genesi, quam alii primam de Nativit. ipsius Deiparæ inscribunt, alii in Festo Conceptionis dictam existimant, sic exclamat: O beatos Joachimi lumbos, ex quibus proorsus immaculatum semen fluxit. Græcè σπέρμα παναμωμου, sperma panamomon. Addit: O præclaram Annæ vulvam, in qua tacitis incrementis politus, formatus, atque editus est factus sanctissimus. Græcè βρεφὸς παναγιου, brephos panagion, id est, penitus, ac semper sanctus factus. Valet enim παν sive componens, sive simplex, quod Latinis penitus, ac semper. Sic Lucianus ait Vulcanum in fumo vivere semper, τὸ παν. Inde Pan dictus Panapolis, id est, semper omnia vertens. Inde διαπαντι passim usurpari videas pro semper, Deut. 33. 10. Josue 4. 6. Psal. 118. 33. Isai. 57. 16. Itaque factum omnino &

Egregia Patrum testimonio præclaro argumento sedulo expenduntur. S. Methodi.

S. Damasc.

& semper puram, semen omnino ac perpetuo momi expers dixit Damascenus: qui paulò post: Quæ in spiritu thalamo versata est, atque immaculata conservata in Dei sponsam. Græcè proimmaculata, ἀμωμος. Adjungo Timotheum Presbyt. Jerosol. qui in Orat. de Præsent. Domini eximio alio epitheto Virginitatem à momo exemptam declarat, υπεραμωμοσ & υπεραγία παρθενος, hyperamomos chai panagia Parthenos. Observo duo nomina hyperamomos, quod sic reddas: Supra quam dici potest inculpata, atque à momo aliena. Deinde panagia, id est, omnino, ac perpetuo pura. Eademque rursus verba repetit paulò post.

Timoth. Ierosoly.

Leo Sapiens.

802 Nec minus exactè Leo Sapiens, in Hom. de Deiparæ Obdormitione. O tu sole illustrior are & invisa morti cedis, nisi quod ineffabilis claritudinis presentia, tristitia, severitudinique mortis nil, quod turbaret, concessit, manibus illis, quibus omnia continentur, inculpabilem completentibus animam. Græcè pro his postremis verbis, τὸ παναμωμον δεχόμενον ψυχῆς, ten panamomon dechomon psychen: id est, semper, & prorsus inculpata Virginitas animam sapienter vocat Leo. Et in Serm. de Annuntiatione. O immaculata Sponsa! dixit: Græcè ἀμωμοσ νυμφη, amome Nympe, id est, ô Nympha inculpata, sine ullo momo, quam neque momus ipse carpere ausit. Accedit S. Germanus Patriarc. Constant. in Hom. de Nativit. B. Virginis Mariæ: Communi totius mundi gaudio ex Joachim, & Anna nobis exortum est, omnis reprehensionis expers, Virgo. Græcè, ἡ παναμωμοσ παρθενος, e panamomos parthenos: id est, illa culpa expers, momo carens Virgo. Concinit Sergius Hieropolita in Serm. de Mariæ generatione: Christum adorantes, ait, hymnic celebremus illius Virginitis illam ὑμνωμεν & ἡ παρθενος παναμωμον ἵερως, hymnomen ten tes parthenou panamomon genesin: id est, Inculpata, totius peccati, macula, reprehensionis omnino, ac semper expertem genesin, generationem, Conceptionem. Astipulatur S. Andreas Jerosol. Serm. de Annuntiatione. Deiparæ; παντακαταρνεωσα μωμου, id est, Omni vacans reprehensione, momo. Nacta es enim gratiam, quam Eva perdidit. Et antea dixerat, electa à Deo in proconceptione. Interpres addit, antequam nata. Græcè, ἐπὶ γονιμοσ. Similiter S. Theodorus Studitensis in Canone in adorat. S. Crucis Ode 5. Tremendus & cogitatus, & dictus est partus tuus, ô immaculata! Græcè, παναμωμοσ. O semper & omnino immaculata!

S. German.

Sergius.

S. Andre. Ierosoly.

S. Theodo. Studitenf.

Ex Liturgiis, & aliis Patribus.

803 Libenter his adnumerarem S. Jacobum, S. Marcum, & S. Chrysoctomum, semper in suis liturgiis inter Marianas precationes utentes nomine immaculata, si mihi constaret in Græcis exemplaribus fuisse vocem ἀμωμοσ. Sed cum videam in similibus SS. Patrum locis, in quibus juxta latinas ipsorum interpretationes legitur nomen immaculata, non semper respondere nomen ἀμωμοσ, sed interdum aspilon, amianton, amolinton, & alia humilimodis; delectum mihi habendum duxi, eaque exactè producenda testimonia, quæ cum sacro hoc Cantico textu aperte colluderent, utpote quæ in re Mariana eandem momi appellationem & usurparunt, ad Deiparæ immunitatem ostendendam facile referrent. Mitto alios ex Latinis Patribus, qui immaculatam sæpe Virginitatem appellant. Nec omiserim observare, quod eodem epitheto, quo P. Ildelph. de Flores in Ecclesi.

Apostolus sponsum Christum loco citato ad Hebræ. 9. immaculatum, amomium, dixit; eodem, inquam, Sponsam Sponsus, sine macula, appellavit, ut similem in utroque Sponso perpetuam vitæ puritatem, atque à peccato immunitatem significaret.

804 Præterea cum ex hoc Marianæ pulchritudinis encomio Apostolus Ecclesiam ornare voluisset, ad Ephes. 5. Immaculatam illam, Græcè amomon appellavit. Addunt quidam, neque abs re, Apostolum, explicationis gratiâ, addidisse, sine macula, & ruga: itaque volunt Hebraicam vocem mom non solum significare maculam, sed etiam rugam; atque hæc verba, & mum non est in te, de mente Apostoli paraphrastice verti posse; Et macula aut ruga, aut aliquid hujusmodi non est in te. Negari scilicet quamlibet in Virgine peccati labem, quodcumque item Adamicæ vetustatis vestigium. Quasi dicat: Nulla est Adami filia, licet unius sit diei vita super terram, quæ non inde à prima ipsa formatione præcæ vetustatis rugas præferat, ita ut merito dicere queat cum David Psal. 38. 6. veteres, seu vetustissimos possisti dies meos. Ita efferunt Apollinarius & alii. At enim tota tu pulchra; maculae semper immunis, rugarum tota expers, tota nova es; juxta illud Jeremia: 31. 22. Creativ Dominus novum super terram: famina circumdabit virum. De quo supra num. 253. 561. 580. Huc spectant illa Andreae Jerof. in Serm. de Annuntiatione: Hodie summa universi opifex potentia conceptum apud se jam dudum de rerum creatione consilium ad finem perducit. Quia prior nostra effigies novam figuram consequitur, & senio quasi confectus mundus per Mariam peccatorum senectam exiit. Et Andreas Cretensis in Orat. de Dormitione Deiparæ: Sola præter naturam suam electa ad naturam renovandam: sola deseruit opifici universæ naturæ. Et S. Germanus in Orat. de Præsent. B. Virginis sic illam affatur: Adefsdum renovatio eorum, quæ erant inveterata.

Ephes. 5.

Maria vulgarum tota expers sine præcæ Adamicæ vetustate, tota novata.

Ierc. 31. 22.

Andre. Ierosoly.

Andre. Cretens.

S. German.

S. Damasc. 1. de Generatione B. Mariæ. Quid autem est, quod Virgo Mater ex sterili genita sit? Quoniam quidem oportebat, ut ad id, quod solum sub sole novum erat, ac miraculorum omnium caput, via per miracula sternereur. Mariam solam sub sole novam dicit Damascenus, in qua nihil non novum, nihil non à rugis vetustatis alienum: Unde ibidem rursus perquam venustè: O Deo digna filia, humana natura venustas, primigenæ Evæ correctio. Græcè, ἡ πρωτογεννησ εpanorthosis; id est, instauratio, renovatio in integrum veteris Evæ; novam nimirum aliam, ac pulcherrimam agens, sine ulla peccati labe, sine aliqua veteris Evæ ruga. S. Zeno in Serm. de Fide, Spe, & Charitate, Charitatem alloquens ait: Tu Evam in Maria redintegrasti, tu Adam in Christo renovasti. Et S. Athanasius in Serm. de S. Deipara: Ista nova Eva mater vitæ appellatur. Ac demum S. Anselmus lib. de Exordio Mundanae salutis cap. 10. sic Virginitatem affatur: Primordia creationis tuæ merito filii S. Ecclesie debent venerari, si sancta, si casta, si à corruptionis, vel peccati RUGA illa credunt esse discreta. Sed quando integram vocis notionem ex Pauli verbis haurimus, addamus quod Apostolus addit: Non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi. Quod enim adjecit, aliquid hujusmodi, sapienter omnes Hebræicos fontes ex-

Eva renovatio Dei, para, nova, que Eva.

S. Zeno.

S. Athanas.

S. Anselm.

Macula quantalâ cumque nova non fuit in Virgine.

1010
1011
1012

haurire voluit. Nam vox *mun* derivari posset ab *meum*, id est, aliquid, quantulumcumque. Quod si vox cadat ab *aman*, ut alii volunt, significabit *mun* quantulumcumque, sed veram maculam; quam tamen sponsus in Matre Virgine negat: *Et macula vera non est in te*. Fictitia itaque est, non vera originalis culpa nota Deiparæ frustra impressa. Verè enim in ea nulla macula, nulla vetustatis ruga, non quantulumcumque nævi, quod absolutissimæ pulchritudini officere posset.

806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900

806 Redeo ad illa: *Momus non est in te*. Et enim est *Momus* primò significet maculam, dedecus, probrum, reprehensionem, significat deinde etiam famosissimum illum, inter fictitios Deos, divinorum operum censorem, qui à reprehendendi, carpendi, criminandique cacoethe *Momus* est dictus. Hunc Hesiodus in Theogonia Noctis filium vocat, sed & fratres addit infausti Numinis.

Nox peperit Fatumque malum, Parcæque nigrantem,
Et Matrem, & Somnum, diverſaque ſomnia, natos
Nos peperit nulli Dea nox conjuncta marito,
Post primos, Momum, simul ærumnamque dolentem.

Tullius lib. 3. de Natura Deorum, dum ex Genealogis antiquis Noctis filios recenset, Hesiodi Theogoniam intelligit, & pro Græco *Momi* nomine, *Invidentiam* sufficit. Et quidem meritò invidentiæ Deus dictus *Momus*; nam cum nil ipse probè facere nosset, in divinis tamen operibus carpendis improbus erat. Cantatissimæ *Momi* censura tres, præ cæteris, celebrantur. Prima, qua Vulcanum reprehendit, quòd cum hominem pulcherrimum, & absolutissimum alias opus struxisset, pectus tamen clausum reliquerat, quod fenestratum potius esse oporteret, ne in speciosa capitis parte tot mali doli occluderentur. Ita refert Lucianus in Dialogo de Hæresibus. Secunda *Momi* censura in stridulis Veneris soleis à Philostrato sic refertur in Epist. ad Uxorem: *Sandalium Veneris calumniabatur ut stridulum, nimisque loquax, ac strepitu molestem*. Meminit & S. Gregor. Theologus in Carmine de Præceptis ad Virgines. Tertiâ demum censurâ *Momus* Minervam perstrinxit, quippe quæ domum extruxisset scitè profectò architectatam, sed quæ transfatis non esset, ut si improbus fortè vicinus adesset, facilè posset circumagi. Ita præter Lucianum citatum, refert Polycharmus lib. 2. rerum Lyciacarum. Inde ab hac *Momi* morositate ortum vetus Proverbium, quo res perfectu difficilis significaretur, *Momo satisfacere*. De quo multa eruditè, post Erasimum, Manutius in Adagiorum collectaneis.

Procul à Deipara, Momi invidentia, maledicentia, & omnis calumnia.

Sandalium Veneris stridulum.

cis conditio est garrulitas, & loquacitas, Prov. 7. 10. *Garrula, & vaga*. At Mariam *prov. 7. 10. silenti lunâ* crepidatam vidit Joannes Apoc. *Deipara silenti lunâ* inquam, *lunâ*; nam cum amictam lente *lunâ* Mulierem sole describat, *lunamque sub pedibus* flatuat, congregientem planè lunam intelligit, quam *silentem* dixere Plinius lib. 16. cap. 30. & alii, quos memorat vir eruditissimus Franc. Ferdinandus de Cordova cap. 32. Didascalie. Nimirum cum interlunio sibi, suoque tantum soli lucet luna, *silens* dicitur, ductâ ab oculorum ad aurium obiectum translatione, à luce oculis subducta ad vocem subtractam auribus. Igitur Maria non stridulis, non loquacibus incedit crepidis, quæ nimirum, Evâ longos cum serpente miscente sermiones, una siluit, silenti certè calce teterrimum Draconis caput contritum deculcat. Vide quæ de luna perennem motum à capite ad caudam Draconis peragente observavimus supra numero 179.

Silente calce caput Draconis deculcat Maria.

808 Secundò Vulcani mirandum opus, humanam fabricam inconsultam censuit *Momus*, quòd pectus finuosissimam corporis partem ita reclusisset, in quam ne oculatissimus quidem introspicere queat, cum tot interdum occultat perfidias, tot celet improba, & iniqua consilia. Mira divini operis calumnia hæc est. Nullam enim haberemus Remp. si omnia omnibus paterent consilia; uni supremo Judici *manifesti sumus*, ut docet Paulus 2. Corint. 5. 11. Græcè, *diaphani sumus*. Sed has *Momi* contra naturæ Auctorem calumnias rectè ab uno exemplo revocit Philosophus lib. 3. de partibus Animal. cap. 2. ubi obtusum *Momi* ingenium meritò notavit. Tu vide. Ego pro Mariana Pulchritudine Originaria sic statuo: nec *Momum* quidem in ejus etiam pectore quicquam deprehensurum, quòd jure reprehenderet. Non minùs illa introrsus munda, non minùs sceleris pura, quam extrorsus. Nam, testante Regio Vate Psalm. 44. 14. *Omnis gloria ejus Filie Regis ab intus*. Sive, ut S. Hieron. legit, *intrinsecus*: scilicet latet, asservatur, promanet.

Altera Momi censura contra humanam Vulcani fabricam.

Deipara extrorsus munda.

809 Demique Minervæ opus, domum, inquam, augustè licet ad architecturæ leges instructam, reprehendit *Momus*, quòd altis in hærens fundamentis improbum fortè vicinum, loci mutatione, vitare non posset. Sed neque hanc notam divinæ Sapientiæ arcè impresserit *Momus*. Huic enim augustissimæ Regiæ nihil Evæ vicinia offecit, ut Leo Sapiens in Orat. de Annunciat. disertè testatur, *cujus hil Evæ verba dedimus supra numero 784*. Hinc *domus eburnea* appellatur *Deipara* Psalm. 4. 49. *cujus domus nominationem ductam observavimus, Hebraicè à munditia, Græcè à separatione numero 727*. Quasi dicat domum durissimam, mundissimam, atque à plebeia vicinia longè sejunctam. Adde præterea apud Ezech. 43. 12. hujusce divinæ Arcis legem: *Ista est lex domus in summitate omnis finis ejus in veris. 12. circuitu, sanctum sanctorum est: hæc est ergo lex domus*. Quod si accuratius dimetiare hujusce mundissimæ domus distantiam à communi illa populissima Civitate, quam utramque cap. 48. describit, planè comperies, sacram *Domum* plusquam viginti passuum milliariibus ab urbe sejunctam. Nimirum magnum interjacet spatium inter *Deiparam* celsissimam *Dei Arcem*, & inter infimatem nostrarum plebeiorum communem viciniam. Nihil igitur est, quod

Tertia Momi censura adversus Minervæ fabricam.

Deipara in veris.

quod vereatur *Momus*; nihil est, quod in hujus domus fabrica demordeat; neque enim in illam, quod est in Proverbio, *aliquid mali propter vicinum malum* provenit, quam ab omni malo summus Architectus quam longissimè separavit.

810 Itaque quod arduum asserebat alterum Proverbium, satisfactum est *Momo* pro cælesti Sponsa pulcherrima *Deipara*, de qua veritissimè sponsus pronuntiat; *Tota tu pulchra amica mea, & Momus non in te, seu non contra te*; sic enim potest ex Hebræo legi, cum præposito *bet* interdum valentia *contra*. Exod. 14. 25. *Eritque clarior sententia; & Momus non contra te*: nempe Noctis filius nihil in te tenebrosum, nihil obscurum contra te. Libet addere pulcherrimum Plinii Junioris Græci Poætæ distichum ex Florilegio Græcorum Epigrammarum lib. 4. cap. 18. num. 22. sic ille in lavacrum Mariæ:

Maria lavacrum intuens flevit Momus,
Dicens, ut Mariam, & nos te præterimus.

Ex hæcenus ergo solidè satis & amonè verfatiss, claret, quàm eximia fuerit Mariæ pulchritudo interna & externa, & quàm rectè ex ea deducatur originaria immunitas, ei jure merito, ut *Dei Primogenitæ*, deferenda, vel à suæ conceptionis momento: *Tota pulchra fuit, quia macula, seu momus in ea nequaquam extitit*; imò longè ab ea *macula, & momus*; quia *semper ac tota pulchra*.

§. XIV.

Dominice Passionis Stigmata pro Stigmatibus data Virgini sunt, ut Primogenitæ Dei, à suæ Conceptionis momento.

811 Insignia Domus, quæ vulgò Hispanorum, *armas* vocantur, *Primogenito* debent, quòd in ipso, tanquam in capite, perferat splendor genituræ, initio hujus capitis effecimus; omni enim ætate usitatum fuit, & omnibus penè Nationibus commune, ut in scutis, aut atris ad privatam gloriam, aut in murorum portis, locisque frequentibus ad publicam commendationem stemmata, seu insignia Gentilitia defigantur. Juxta hæc, asserimus, stemmata, seu insignia Domus Virgini data, uti *Dei Primogenitæ*, ipsa esse *Dominicæ Passionis* stigmata, quæ in ipsis *Marianæ vitæ* portis, seu atris, in ejus nempe primo ad vitam ingressu, vel Conceptionis articulo, ad singularem Virginis gloriam mirum in modum præfulgebatur, purpuracebant, vimque in primis suam exerebant.

Nobiliora Christianæ familie stemmata sunt Christi stigmata.

Zach. 3. 9.

S. Hieron.

812 Ut verò his splendorem conciliemus, præmittere oportet, nobilissima Christianæ familie stemmata esse ipsamet Christi Domini Stigmata, seu vulnera in Dominico corpore accepta, & quasi in scuto satis grandi cælesti singulari Dei consilio, & sapientiâ. Quod dilucidè probant illa Zachariæ verba cap. 3. 9. ubi æternus Christi Parens: *Super lapidem unum septem oculi sunt: ecce ego calabo sculpturam ejus, ait Dominus exercituum*. Nam ex multorum interpretatione, lapis hic unus est Christi corpus; cælatura verò illius, intentis oculis, & affabrè facta, ipsa sunt Christi vulnera à Patre ipso tanquam à sapientissimo artifice disposita, & præscripta. Et est sensus (ait ibi S. Hieronymus) *istum lapidem clavus Crucis, & lancea militis faciam vulnerari*. Similiter Rupertus, & alii, Verè igitur Christi vulnera insignia *Dominicæ fæ P. Ildeph. de Flores in Eccles.*

milie sunt, defixa ad Ecclesiæ januas pro publica commendatione. Stemmata hæc fuisse utique præsignata in duodecim gemmis rationalis, in quibus signa, notæ, seu stemmata Parentum gentilitia erant cæлата, ut dicitur Exodi 28. 21. & claret ex Sapient. 18. 24. ubi appellantur *magnalia Parentum* Græcè *δοξα*, id est, gloriæ, decora, insignia singularis dignitatis, & nobilitatis (ut explicat nosser Prado in c. 1. Ezech. Comment. de 1. Visione p. 2. Sectio. 2.) jure meritò nonnulli arbitrantur. Quò videtur spectasse divinus sponsus, dum Cant. 8. 6. exigit, ut Crucifixi imago, tanquam sigillum sculptoris cælatum, super cor ad pectus ponatur, deferaturque: *Pone me ut signaculum super cor tuum*. Chaldaus, sicut sculpturam. Ambrosius Serm. 15. in Pl. 118. *Infige pectori tuo, & cordi tuo signaculum Crucifixi*. Corpus nempe Christi verbere, spinis, ferris clavibus, lanceaque incisum, & cælatum, tanquam scutum nobilitatis, & insignia domus nobilissima. In quibus meritò gloriatur Paulus ad Galat. 6. 17. dum ait: *Ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto*. Ubi Chrysostrmus: *Non dixit, habeo; sed, porto, tanquam aliquis de trophæis glorians, signisque regalibus*. Quasi diceret Apostolus: Ego ad Christi familiam pertineo, & domesticus Christi sum; quia ejus stigmata pro nobilitatis insignibus habeo.

Præsignata in duodecim gemmis Rationalis.

Cantic. 8. 6.

S. Ambros.

S. Chrysostr.

Deipara Civitas Dei, domus Dei, Templum Dei, quorum janua est ejus Conceptio.

Maria vita est, porta, lucis fons, atque seminarum porta.

S. Ildeph. Introitus vita.

S. Anselm. Janua cælestium.

Janua salutis.

Tertull. Tu es Diaboli janua, tu es arbori illius resistenti.